Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



SPONSVS ILLE CELESTIS
sponsam suam uniuersam scilicet ecclam.
seu fidelem quibet animam siue multitudi
nem bonorum in amore eidem sponsi egregia
ad affectum intime dilectionis ad stu
dium bone operationis magis magisque ex
citare uolens his uerbis eam alloquitur
dicens. Pone me ut signaculum super cor
tuum ut signaculum super brachium tuum.
P. cor uera et perfecta dilectio. per brachium
bona et uirtuosa intelligenda est opera
tio. et quia hec duo perfectam scilicet di
lectionem et bonam operationem dilectus a di
lecta exigit. ad hec eam exequenda sic
eam exhortans ait. Pone inquit o dilecta
me dilectum tuum speciale cordis tui sig
naculum. sic inquam signum fidei et dilecti
onis mee sigillo cordis tui impmas.
ut non alieno. non extraneo. sed michi soli
sponso et amico fideli cor tuum aperias.
et quia perfectam dilectionem perfecta sequi debet
operatio. sic me ut signaculum super brachi
um tuum ponere semper studeas. ut per exte
riori operatione non gloriam tuam. sed meam
quaeras. Et quare ista ait o dilecta eri
go. nisi quia fortis ut mors est dilec
tio. fortis enim inquam ut mors dilectio.